

Data xiiii. kal. nov.^a) anno dominice incarnationis D cccc lxxviii, Rome in ecclesia sancti Petri, indictione xi; feliciter amen, anno vero^b) Ottonis magni imperatoris augusti regni xxxii., imperii vi.

10.

Papst Johann XIII. ertheilt dem Erzbischof Adalbert von Magdeburg Vollmacht, mit Genehmigung des Kaisers in den Slavenländern über der Elbe und Saale die Parrochien der neu gegründeten Bisthümer angemessen zu ordnen. [Rom], 968 Okt. 5

Hdschr.: Cop. Liber priv. s. Mauw. fol. 6 Staatsarchiv Magdeburg.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,9.

Ann.: Vergl. Einl. 171 Ann. 9 und 23, S. A. 314 Ann. 9, 316 Ann. 23.

10

Iohannes^a) servus servorum dei karissimo confratri nostro Adelberto sanctę Magadaburgensis ecclesię archipresuli in domino ęternam salutem. Ita te frater carissime et coepiscopo noster vita, mores tui hactenus idoneum reddidere^b), ut multa tibi credere, plura etiam committere, sicut bono dispensatori non hesitemus. Igitur quia ad pastorale culmen plebis tuę et conprovincialium tuorum et nostra post deum te auctoritas 15 promovit, et quia tanta Sclavorum plebs ultra fluvios Albiam scilicet^c) et Salam deo noviter acquisita paucis pastoribus minime tueri potest, qualiter episcopis tuę sedi subiectis parrochias rationabiliter et congrue dividas et distribuas, tuę dispensationis et discretionis examini committo, et hoc serenissimi spiritualis filii nostri Ottonis inperatoris augusti, qui eiusdem tuę ecclesię fundator et auctor est, cura, diligentia et iudicio fieri per presentis 20 privilegii munimen statuo et confirmo. Sit ergo ab apostolica sede, cui deo auctore presideo, ecclesię tuę concessum, ut ab eius rectoribus episcopi, qui ultra Albiam et Salam constituti et constituendi sunt, postfuturis^d) temporibus consecrentur et ipsi eiusdem tuę scilicet ecclesię archiepiscopos, sicut pro tempore fuerint, consecrent, qui pallium secundum morem Romanę ecclesię a nostra sede recipiant. Unde frater karissime dilectionem 25 tuam ammoneo et obtestor, ut omnino sis sollicitus, ne aliquid sibi commodi datio^e) aut gratia vel quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus vendicet, sed ad hoc officium illi perducatur, quem morum gravitas commendet et vitę preteritę actio. Oramus autem omnipotentem deum, ut sua te munitione circumagat et sacerdotii susceptum officium operibus implere concedat. Actum per manum Stephani scriniarii^f) et bibliothecarii 30 sanctę Romanę ecclesię in mense octobre, indictione statutum duodecima.

9. a) kal. Novemb. b) .ii.

de

10. a) episcopus fehlt. b) reddire. c) scilicet *übergeschrieben*. d) postfuturi. e) dato. f) scrinarii.